







ΣΤΝ ΘΕΩ

Ex

DEUTERONOMIO

Disputatio VI:

De Locis publicis Ecclesiasti-  
corum conventuum in genere, & deta-  
bernaculo Mosaico, temploq; Hierosolymitano  
in specie, ex Deuteronomij  
capite XII.

*Ad cuius Themat.*

*In Illustri Academia Vitebergensi*

PRÆSIDE

VVOLFGANGO FRANZIO

S.S. Theol. D. & Prof. publ. Præpo-  
sito itidem templi arcis

*Respondebit*

IOHANNES CROCHELIUS  
Lubecensis.

*Die 27. Februarij in templo arcis Electro-  
ralis horis pomerid.*

WITTEBERGÆ

Typis Cratonianis, per Ioh. Gorman.

M. DC. VIII.



*Amplissimis, Clarissimis, prudentiâ, generis  
splendore & auctoritate præstantissimis  
VIRIS,*

**Dn. GOTHARDO AB HOVELEN**  
*Et*

**Dn. ALEXANDRO LUNEBURCH**  
In florentissima Lubecensium Politia,  
Patria Consulibus primarijs ac  
dignissimis,

*ET*

*Reverendo, Virtutum, humanitatis & Erudi-  
tionis splendore ornatissimo  
VIRO,*

**M. JACOBO BOETIO**  
Ecclesiasti ad D. Iacobum fidelissimo:

NEC NON

*Integerrimo ac honestissimo VIRO*

**Dn. GREGORIO VVESTHOFIO**  
Civi eiusdem Reip. primario.

*Dominis Patronis & Mæcenatibus suis debita observantia  
& honoris cultu perpetim colendis,*

*Themata hæc Theologica reverenter  
offere & dedicat.*

Iohannes Crochelius Lubecensis  
Respondens.







Σ Ὶ Ν Θ Ε Ω

THESIS I.

**D**Væ sunt causæ, cur à prima statim origine mundi in honestis & publicis congregationibus cultum sacrum ab hominibus sibi præstari volerit Deus, nimirum 1. *Ut omnes & singuli nullo excepto haberent aditum ad ipsam, adeoq; in cœtu publico de revelatione & voluntate divina informari possent, 2. Ut in cœtu puritas & concordia de religione facilius conservaretur, siquidem in privatis angulis facilius prævæ de Deo opiniones finguntur & sparguntur.*

II.

Forſan non aberrabit ſi quis Adamum & Evam cum ſobole *adavam* alicubi extructam tanquam ad locum ſacrum convenire, ibiq; concionari & ſacrificare ſolitos fuiſſe dixerit. Neq; enim tot annis ocioſos in Dei præſertim cultu fuiſſe eos ſomniabimus. Inde ſine dubio ortum habuit narratiuncula erudite excogitata de Deo aliquando viſitante & examinante liberos Adæ, quam recenſet *Philippus Melancthon lib. 1. Epist. ad Comitem Iohannem à VVeda* quam in fine collocabimus.

III.

Talis autem locus commodiſſimus ante lapſum fuiſſet *arbor vita*: poſt lapſum procul ambiguo ille locus ubi ipſis poſt lapſum viciffim apparuit Dominus, quem idcirco **FACIEM DOMINI** vocare videtur ſcriptura *Gen. 4. 16.*

A 2

*Deus vult ut in ſituantur publici conventus Eccleſiaſtici.*

*Phil. Melanct.*

*Templa primorū parentum.*

*Facies Domini Gen. 4. quid?*

de



de Caino excommunicato ita loquens: *Egressus est Cain à facie Domini, hoc est, discessit ab Ecclesia parentum suorum, nec amplius ad sacra convenit in loco consueto, sacra operante patre Adamo.*

IV.

Vere autem templa omnia, & in templis convenientes Ecclesie veræ quæq; sunt *facies Iehovæ, Genes. 4. 16.* ubi cernitur & agnoscitur verus Deus, *sunt domus Dei, sunt portas cæli, Genes. 28. 17.* ubi ad Deum ingredi & cælorum incolæ fieri discimus. Atq; *ad ipsum ministerium Ecclesiasticum*, per quod verbum spargitur & sacramenta distribuuntur, imprimis & specialius illa possunt accommodari.

*Templa, Ecclesia, & ministeria quid sint.*

V.

Præterea quia eodem loci Spiritus sanctus de excommunicatione & exilio Caini cū à laribus & sacris paternis arce- retur, peculiareq; catus occiperet, loquitur, hinc satis apparet, quomodo doctrinam quasi per manus à parentibus traditam corrumpere cæperit, nimirum quod non amplius à parente doceretur, & ex invidia alienum cultum excogitaret, in quo perduravit usq; ad diluvium impia ipsius posteritas verè Ethnica.

*Quomodo acciderit religionis corruptio prima.*

VI.

*Sethus* Adami filius tertius religionem à parentibus acceptam & excoluit ipse & ad suos fideliter sparsit, unde *Gen. 4. 26.* de Setho scribitur: *Tunc captum esse vocari nomen Iehovæ*, nimirum quia antea cum profapia impia Caini Deus non conversatus fuit. Etsi autem *Benedictus Arias Montanus*, ad marginem notavit, *tunc captum esse nomen Domini invocari vel pollui*, adeoq; incertum relinquit, quodnam sit retinendum expositionis vocabulum, tamen ex his quæ dixi certissimum relinquitur *Sethi tempore cæpisse invocari, hoc est, excoli*, & ad novam & per novam Sethi Iobolem latius spargi nomen Domini, seu veram doctrinā de nomine veri Dei. Sobole,

*Quomodo Sethi tempore cæperit invocari nomen Domini, Gen. 4.*



le quippe destituebatur occisus *Abel*, Soboles *Caini* erat impi-  
entissima : *Sethi* ergo soboles verâ religionē sparfit ad alios.

VII.

Confirmatur illud etiam ex cōmmemoratione Iosephi  
*qua extat. lib. 1. cap. 12.* Vt enim diutius propagaretur vera  
doctrina cœlestis & Philosophia, *Sethus* duas erexit colu-  
mnas ( ne intelligas quales vides in templis parvas vel medi-  
ocres, sed sine dubio pyramidales firmissimas & altissimas )  
alteram latericiam ( sine dubio optime bituminatam ut in  
muris Babylonis diu turnitatis antiquissimæ conspicere li-  
cuit ) alteram lapideam, quibus aphorismos cœlestis doctrinæ  
& artium insculpsit, & inscripsit *Sethus*, quarum altera ad-  
huc Iosephi & Christi temporibus residua fuisse ab eodem  
perhibetur.

VIII.

Nec vana forsā est conjectura *Reineri Reineccij* in  
oratione de dignitate Historiæ, quod patres per aliquot secu-  
la ad illas Columnas ( adfuerunt illis procul ambiguo alia ædi-  
ficia ) tanquam ad sacrum aliquot aut ad publicam scholam  
( sic schola & templa in initio conjungebantur ) conuenerint, ubi  
concionati fuerint & sacrificauerint.

IX.

Post diluuium ( forsā in montibus *Ararat*, in quibus arca  
quiescebat. ) *Gen. 8. 4.* propter eundem duplicem finem de  
quo thesi. dictum est, altare ædificauit Domino ipse *Noah*  
*Gen. 8. 11.* ut & aliud in monte inter *Bethel* & *Ai* *Abraha-*  
*mus Gen. 12. 8.* & iterum aliud ille ipse in quercubus *Mamre*  
in *Hebron*, in quo loco circumcisus fuit *Abraham*, & na-  
tus *Iohannes Baptista* *Baptismi* *Euangelista Genes. 13. 18. Ios.*  
*14. 15. & 18. 28. & 21. 11. Luc. 1. 9.* ubi ipsi iterum postea appa-  
ret *Iehova Genes. 18. 1.* similiter adhuc aliud *Iacobus* in *Be-*  
*thel Gen. 28. 22. & 31. 1.*

X.

In *Aegypto* eandem consuetudinem docendi *Israeli-*  
*tis* ad certa loca fuisse colligimus ex notione seniorū in *Ex. 3.*

*Sethus* erexit  
duas Columnas  
quarum una tem-  
pore *Christi* ad-  
huc fests.

*Sethi* columnæ  
pro loco templi  
eiusdem habitæ  
fuerunt secun-  
dum doctos.

*Ara* quasi tem-  
pla post diluuiū.



*Virum Israelitæ  
in Aegypto sacri-  
ficaveris.*

*maxo Galia gen-  
tium.*

*s. Masb. 10. 2.*

*Do tabernaculo  
seu templo peria  
cili Mosis.*

*Constantin. Imp.  
etiam habuit  
templum porta-  
tile in itinere.*

Heb. 18. Et expressè sacerdotium primogenituræ annexum fuisse usq; ad legem datam, scribit Lyra super Gen. 14. 18. An non sacrificia, & cur ea in Aegypto conticuerint, colligere licebit ex Exod. 8. 25, 26. 27. & ex Lyra super Levit. 1. 16.

XI.

Hæc omnia quæ de populo Dei breviter libavimus, æmulati fuerunt extra veram Ecclesiam ex *κακοζήλια* Ethnici qui omnia lucis & simulacris complevere, ut innuitur *Deut. 7.* positisq; aris vel ante urbes *Aët. 14. 17.* vel in urbibus per plateas sacrificia numinibus fictis consecrarunt & obtulerunt. Quæ consuetudo inter Ethnicos Pauli adhuc temporibus vigebat. 1. *Corin. 10.* immo usq; ad alia recentiora tempora, de quibus dictum est disputatione 2.

XII.

Post exitum ex Aegypto tabernaculum in deserto, hoc est, templum portatile seu ambulatorium divino instinctu pro toto Israël immo pro toto terrarum orbe extruxit Moses unum *Exod. 26. & 27.* ex asseribus, columnis ligneis, pellibus & tape-  
tibus. Illud templum portatile in deserto ex necessitate ita erat compositum ut ipsius partes facile disungi, facile item cum opus erat conjungi possent, qualia sunt tabernacula in bellis, quæ expanduntur, ut cum placet iterum auferantur & avehantur, quale item portatile templum ad ædis oratoricæ effigiem & formam comparatum *Constantinus Imperator* cum duxit, cum in militari & bellica expeditione esset, ita ut nec in solitudine tum ipse tum exercitus æde sacra destituerentur, in qua Deum laudare orareq; & mysterijs participare possent teste *Sozomeno lib. 1. cap. 8. historia Ecclesiastica*, qui addit etiam legiones singulas ex illo tempore tabernacula singula construxisse eisq; sacerdotes & Diaconos distribuisse.

XIII.

Nominatur autem hoc ipsum tabernaculum expressè templum 1. *Samuel. 1. 1.* Vtq; simpliciores rationem, situm, membra



membra seu partes tabernaculi Mosaici facilius & accuratius  
assequi queant, *imaginatione sua primò concipiant* aliquod qua-  
dratum cæmiterium extra urbem in campis situm, undiq; hu-  
milibus sepimentis cinctum, ex quatuor lateribus, scilicet, ad  
dextram & ad sinistram & ante & retro.

XIV.

*Deinde cogitent* intra aream cæmiterij ad occidentem  
stare domum ligneam, quæ tamen testò acuminato careat,  
& ita plana sit superius ut supra eam sedere, ambulare, &c.  
possint homines.

XV.

Ipsa Domus habeat in longitudine 30. cubitos qui ex-  
tendantur ab occasu in ortum, in latitudine 9. qui à meridie in  
septentrionem excurrant, in altitudine. 20.

XVI.

*Sepimentum* meridionale 100. Septentrionale totidem,  
orientale 50. occidentale totidem cubitis extendatur. Ex se-  
pimentis cogites dependere tapetes ita ut avelli & reponi  
queant, similiter domus, tegatur pellibus imbrem non  
transmittentibus.

XVII.

*Præterea domus illa* longa cubitos 30. ita dividatur in-  
cipiendo ab occasu versus ortum quasi in duo conclavia ut  
conclave versus occasum 10. cubitis in longitudine, & 9. in  
latitudine includatur, sed alterum versus ortum 20. cubitis in  
longitudine, in latitud. 9. vel ad summum omnibus asserum  
crassitiebus computatis 10. finiatur.

XVIII.

*Illud occidentale* dicebatur sanctum sanctorum in quod  
semel quotannis ingrediebatur summus pontifex. *Hoc vero*  
*Orientale* appellabatur Sanctum in quo quotidie mane & ve-  
spere à sacerdotibus reliquis secundum ordinem fiebat suffi-  
tus

*οικουμενη πλα-  
tabernaculi Mo-  
saici.*

*Sanctum sancto-  
rum.  
Sanctum.*



cus Exod. 30, in ara de qua in disput. de distribut. decalogi, Item in quo erat candelabrum ad latus australe, mensa ad septentrionale, ara thymiamatis ad ortum, sed velum super columnas loco januæ ad occasum in sanctum sanctorum. Aliud erat velum ad ortum per quod extrinsecus in sanctum sacerdotes ingrediebantur quotidie.

XIX.

*Appellationes domus in tabernaculo Moisaico*

*Appellationes arearum in tabernaculo Moisaico.*

*Altare holocausti sub aperto celo.*

*Diversa onera in ministerio diversis committenda.*

*Quandiu usurparino Israelita templi portatile.*

Domus igitur sine acuminato tecto dicebatur *fanum*, templum, sanctuarium, quandoq; tabernaculum, &c. Spacium extra domum hinc inde, sed intra quadruplex sepimentum) vocabatur *Atrium*, quod nec acuminatum nec planum sed omnino nullum habebat tectum, ideoque; celo, pluvius ventisque; totum erat expositum, obnoxium & pervium.

XX.

In atrio, hoc est, intra sepimentum sed extra domum erat *altare holocausti* propemodum quadratum ex lignis ære obductis cavum intrinsecus & cribro æneo constans, carens fundo & operculo, quod etiam ex uno loco in alium portabatur, in quo sacrificia igne cremabantur, &c. unde fumus in liberum & apertum aerem excurrerebat. De cæteris legatur in Exod.

XXI.

Quas in peregrinationibus singuli Levitæ portaverint partes *Num. 4. & 7.* prolixè exprimitur, unde ostenditur, quomodo diversis ministris diversa onera sint imponenda.

XXII.

Hoc igitur per se ad modum exiguo sed tamen generali unico summo templo portatili usi sunt Iudæi à tempore egressus ex Aegypto usq; ad tempora Solomonis, cum templum Hierosolymitanum extrueretur, scilicet ab anno mundi 2455. usq; ad annum mundi 2941. adeoque; per annos 486.

XXIII. Hoc



## XXIII.

Hoc tabernaculum circum-portarunt in deserto & tandem reposuerunt in Silo, tribus Ephraim. Iosua 18. 1. quo annuatim ad adorandum & immolandum Iehovæ pro more totius gentis Israelicæ ascendebat Elcana maritus infæcundæ Hannæ 1. Samuel. 1. 3.

## XXIV.

Et quidem ibi in Tabernaculo mansit arca per annos 343. à morte scilicet Iosua usq; ad mortem Heli, cum caperetur & abduceretur arca fœderis à Philistinis, quæ post septimestrem captivitatem abducta fuit in Careathjarim urbem tribus Benjamin in domum Abinadab super excelsiorem urbis locum, quia Abinadab in colle illius urbis domum habebat, ubi tanquam in honorabiliori loco arcam statuerunt, qui & Gabatha, id est, collis dicitur, ubi mansit annos 20. 1. Sam. 5. & 6. & 7. 2. ita ut nihil quippiam tunc scribatur de cultu divino in eodem loco, nisi quod eodem loco semper adfuit custos arcæ Eleazarus.

## XXV.

Verisimile autem esse scribit Pellicanus super 1. Samuel. 7. 6. Silo locum destructum fuisse totum cum habitatoribus & tabernaculo à Palestinis post mortem Heli, licet Hebræi contrarium dicant teste eodem super 2. Samuel. 6. 17.

## XXVI.

Tertio abducitur arca in Mazpa locum sacrum habitum, ubi primum Iosua reges vicerat; aram construxerat & sacrificaverat Domino. 1. Samuel. 7. 6. & 10. 17. Et ubi domus orationis erat, 1. Samuel. 10. Inde in Gilgata pervenit, 1. Samuel. 11. 15. Hinc in Nobe 1. Samuel. 21. 1. & seqq. ut ex frequentia sacerdotum panibusq; propositionis colligitur: licet ubi Nobe sita fuerit an fuerit ipsi Ierusalem, an ipsi Careathjarim proxima Gabaa, ignoretur, quod posterius est verisimilius propter illud 2. Sam. 6. 4.

B

XXVII. Porro

Varie mutationes & varia loca tabernaculi sunt signum bino inde profectiscentis Domini cum verbo suo.

3.  
Patitur se capi arca que prius Dagonem profernebat.



Arca Hierosoly-  
mam ducitur.

De templo Salo-  
monis.

Partes templi So-  
lymitani sunt  
1. fanum  
2. duo atria.

Fanum templi  
Solymitani habet  
duo conclavia  
secundum longi-  
tudinem.  
In sancto sancto-  
rum duplex  
Cherubim se-  
cundum quosdā.

Fano extrinse-  
cis annexa va-  
ria tabulata.

## XXVII.

Porro tandem 2. Sam. 6. 3. abducitur Hierosoly mam ar-  
ca in domum Obed Edom Gerthai, 2. Sam. 6. 10. mox in civita-  
tem David, i. e. in castrum Sion, in collem Hierusalem, 2. Sam.  
6. 12: ubi ipsi tabernaculum tetenderat David, 2. Sam. 6. 17: à  
Davide adducitur, statim ut apparet in initijs regni sui, ubi ad  
summum 50. annos permanfit, donec tandem templo So-  
lomonis inferretur, 1. Reg. 8. Vide 1. Paral. 15. & 16. 2. Paral. 1.  
Ioseph. l. 7. antiquit. c. 4.

## XXVIII.

Ad similitudinem & proportionem huius tabernaculi tan-  
dem Hierosoly mis ubi paradifum terrestrem fuisse multi  
scribunt in monte Moria divinitus per angelum monstrato,  
1. Paral. 21. 18. & 22. 12. 2. Paral. 3. 1. ubi olim mandatus erat Iſa-  
ac Genes. 22. 2. templum splendidissimum septem annorum  
spacio fundavit Solomon, hoc est (1.) fanum (2.) cum atris.

## XXIX.

Fanum erat domus acuminato recto constans, alta 120.  
cubitos 2. Paral. 3. nimirum quo ad totam altitudinem, sed quo  
ad inferius conclave 30. latum 20. longum 60.

## XXX.

In fano (1.) oraculare seu domus oraculi seu sanctum san-  
ctorum habebat in longitud. 20. in latit. totidem 2. Reg. 6. 2. 16.  
totidem quoq; in altitudine, ubi stabant Cherubim & arca  
præter duas Cherubim aliorum facies cum alis super arca  
positas, ut putat Pelicanus.

## XXXI.

In fano (2.) Manuarium commune pro omnibus sacer-  
dotibus seu cella seu sanctū 1. Reg. 6. 17. extendebatur in long.  
40. cub. ubi precationibus suffitibus candelabro aureo & men-  
sa aureæ puri sacerdotes vacabant. Hic Luc. 1. Zacharias sa-  
cra peragens foris à populo expectabatur.

## XXXII.

EXTRA per circuitum totius fani parieti circumcirca  
ediculas tabulata dictas astruxerat, tria contignatione alteras  
alteris



alteris imponens, quarum infimæ producebantur in latitudinem cubitos quinq;, mediæ sex, summæ septem, *1. Reg. 6. 6.*

XXXIII.

Ostium habebant mediæ per cochleam muri crassitudini inclusam, unde & in tertias intrabant, & in illis utensilia & pretiosa utiliaq; alia recondebantur.

XXXIV.

In hoc atrio sacerdotum aliqui lapidibus obruuntur *2. Par. 24. Matth. 23. Ioseph. 5. 1. de bello.*

XXXV.

Atrium circa fanum factum fuit duplex, interius & fanum quam proximum, deinde exterius, suo ambitu includens illud prius seu interius, utrumq; sub dio, utrumq; sc. tecto carens, unde *Dion in histo. Rom. lib. 37. inquit, Iudæi Deo suo templum summæ molis pulcherrimumq; extruxerunt, hoc dempto quod apertum & nullo culmine tectum fuit.*

XXXVI.

Interius *1. Reg. 6. 3.* dicebatur atrium sacerdotum, vestibulum interius, domus Domini, longumq; erat 20. latum 10. cubitos, ubi sub dio stabat ara victimaria, mare fusile cum decem lavacris mensisq; victimarijs: Etiam aquæ copiosa per tubulos immixta profabant: Portam habuit latissimam, unde populus sacrificia spectabat, immo adhanc sua quoq; sacrificia referebat.

XXXVII.

Hinc & hinc extra cellæ portam exedras seu canacula seu certas mansiones pro sacerdotibus, pro Levitis, pro cantoribus, pro janitoribus, pro Nathinæis, pro nocturnis & diurnis commorationibus, ubi se induebant & exuebant, fecerat. *Ioseph. lib. 1. Contra Apionem.*

XXXVIII.

Exterius sub dio vestibulum amplissimum *2. Par. 4. 9. & 6.* dicitur magnū atrium: *item Iob. 10. Act. 3.* porticus Solomonis

B 2

Et

Duplex atrium sub aperto celo circa fanum, anterius & exterius.

Atrium sacerdotum proximè circumdatum.

Alia canacula extra fanum bine inde.

Atrium extrinse circumdatum atrio sacerdotū.



Atrium extimū  
secundum longi-  
tudinem in duas  
partes divisum.

In angulis exti-  
mi atrij multe  
aliæ mansiones  
pro populo sacri-  
ficante.

Porticus in exti-  
mo atrio.

Herodes tertium  
& magnificen-  
tissimum atrium  
circumdedit atrio  
secundo.

Templum Soly-  
mitanum fuit  
amplum tanquā  
quoddam propu-  
gnaculum, con-  
stans varijs con-  
clavibus.

De sine extructū  
tabernaculi Mo-  
saici & templi  
Hierosolymita-  
ni.

Et per medium muro ita discernebatur, ut in alteram eius partem quivis puri masculi, in alteram mulieres admitterentur. Nam in atrium sacerdotum tantum sacerdotes ingrediebantur.

### XXXIX.

In angulis muri certæ erant mansiones pro populo victimas participaturo, quas ministri templi in culinis infra eadem coquebant. *Eundem murum* magnis & latis circumdabat porticibus, quas columnæ 25. cubitos altæ sustentabant, sub quibus degere tempore pluviioso poterant.

### X L.

Tandem Herodes *tertium atrium seu atrium gentium*, construxit, ita ut ambitus eius versus singula occidentis, meridiei & septentrionis latera completeretur in longitud. 150. in latit. 100. cubitos, ab oriente autem 720. cubitos, nimirum usq; ad Cedronem in qua parte seu aula gentium omnium gentium populis mundis & immundis circumcisus & præputiatis, exceptis menstruatis feminis, degere licebat. Hic erat numulariorum & venditorum *locus*, & boum locus, quem purgabat Christus Iohan. 2. 14. Luc. 19. 45.

### X L I.

Ex his patet quomodo in domo Domini Ieseba Tojade pontificis uxor, Ioam Achazie regis filium cum nutrice occultare & alere potuerit 2. Reg. 11. 2. Paral. 22. *Ioseph. antiquit. 9. 7.* Fuit enim in modum amplissimæ arcis propriiq; muci labore & opere ante alios, ipsæ porticus quæ templum ambiebatur, egregium propugnaculum, describente Tacito lib. 21. belli Iudaici.

### XL II.

Porro non ita extruxit Moses tabernaculum & Solomon templum Domini, sicut Ethnici suis Idolis sacella, *quorum nimirum ambitu locali illa concluderentur*, siquidem ecce nec



nec cœlum nec cœli cœlorum Deum continere possunt *r.*  
*Reg. 8. 27.* & secundum Apostolum Deus non in manufa-  
ctis templis habitat. *Act. 17. 24.* quippe ipse prorsus immateri-  
alis spiritus extra omnia, supra omnia, ultra omnia.

XLIII.

Interim tamen cum Nestorianis & Calvinianis Deo lo-  
calem infinitatem non ascribere decet, cum ratiocinantur  
(ut recte ipsorum sensum in majore confessione de cœna  
Domini recenset *D. Lutherus*) divinitatem crasso & diffuso  
modo ita ubiq; esse, ut super omnes creaturas, adeoq; cœlo-  
rum & terrarum spatia sese quasi localiter extendat.

XLIV.

Inde enim est quod nostris Lutheranis Ecclesijs falso ob-  
ijciunt eas humanitatem Christi coextendere & coexpandere  
*τῷ λόγῳ* ubiq; præsentem & instar spiritus materialis extenso.  
Non enim tali locali infinitate nec quantitate habente par-  
tem extra partem, verum virtute essentiali & *αἰμασία* im-  
mensa est divinitas, cœlum & terram cum omnibus creaturis  
in semetipso replens & sustentans, quæ omnes ante ipsum  
sunt ut stilla siculæ, ut pulvisculus unus tenuis stateræ, tan-  
quam nihilum & tanquam inane *Es. 40. 15.* & sequentibus.

XLV.

Similiter caro Christi suis suæ naturæ limitibus circum-  
scripta nihilominus salva & illæsa naturæ suæ parvitate in  
*λόγῳ* æterno ubiq; præsentissima est omnibus creaturis, scili-  
cet propter *λόγον ἀδιασάτως* incarnatum & nusquam ac nun-  
quam extra carnem existentem, adeo ut nusquam sit divini-  
tas, ubi non adsit humanitas & vice versa.

XLVI.

*Fines tabernaculi* Mosæici & templi Hierosolymitani  
sunt duo præcipui perpendendi, *Communis & proprius.*

B ;

XLVII. Com-

*Divinitas non  
est ubiq; per lo-  
calem expansio-  
nem.*

*Caro Christi  
quomodo ubiq;.*



*Communis finis  
tabernaculi &  
templi Iudaici.*

#### XLVII.

*Communis seu usitatus*, nimirum etiam synagogis seu scholis, quas in aliis omnibus urbibus similes nostris templis habebant Iudæi intra & extra Iudæam *Luc. 4. 16. Act. 11. & 13. 5. 14. & 17. 10. 11. & 18. 4. 19.* de promittitur ex iis, quæ in prima thesi dicta sunt de causis communium eorum, nimirum ut hoc quoque tabernaculum & hoc quoque templum, esset locus ubi Ecclesia Hierosolymitana tanquam particularis publicè cultum divinum exerceret.

#### XLVIII.

*Primus proprius  
finis tabernaculi  
Mosaici & tem-  
pli Hierosol.*

*Proprius & distinctus* à fine aliorum templorum seu synagogarum Iudaicarum & quarumvis aliarum est geminus, nimirum 1. ut hoc tabernaculum & templum esset sedes summa & unicae Academix in medio gentium (non enim Hierosolyma sita est in medio Mundi cum in circulari corpore tale medium dari nequeat simpliciter & absolute) cuius celebritate illæ omnes gentes ad imitationem reginæ Sabæ huc profectæ veram audirent de Deo doctrinam,

#### XLIX.

*Ex quo primo sine proprio* apparet, præcipuum munus sacerdotum Iudaicorum & templo ex tota Iudæa destinatorum fuisse, docere populos externos & incolas, neque tantum seniores, sed etiam juvenes instruere, imprimis in doctrina cælesti.

#### L.

Hæc res, nimirum quod Hierosolyma erat summa schola doctrinæ, mirificè faciebat ad propagandam puritatem in doctrina, ad conformitatem rituum, adeoque ad unitatem & concordiam per totum mundum conservandam.

#### LI.

*Et ut facilius adhuc illa* omnia fierent, quotannis ter coram Domino *Exod. 34.* omnes masculi comparere debebant, quan-



quanquam alias quovis tempore quibusvis sacrificaturis, oraturis, auditoris aditus patebat: & liquet catervatim ascendisse ex omni terra multos passim ex exemplo reginæ *1. Reg. 10.* Item Eunuchi reginæ Candaces *Act. 8. 27.* Item *Tobia Cap. 1. 6. 7. &c.*

### LII.

Ecce autem quomodo ex hoc ipso templo & ex hac terra Deus in Veteri Testamento totius terræ incolas omnes ad veritatis cœlestis noticiam vocaverit.

### LIII.

1. Nam ad Circumcisionem non tantum invitantur orti de femine Abraham; sed etiam Ethnici *Gen. 17. 12.* similiter ad pascha Domini *Exod. 13. 47.* quin etiam Salomon Ethnicis in templo vel ad templum orandi potestatem facit, sicq; exauditionem promittit *1. Reg. 8. 41.*

Rationes quod  
Deus in V.T.  
vocaverit omnes  
ad noticiam ve-  
ritatis.

### LIV.

Hasce igitur invitationes inter Ethnicos longè lateq; sparserunt Iudæi, sicut multi alliciuntur alijs argumentis, *Psal. 23. 8. Psal. 47. & 49. & 56. & 67. & 96. & 97.*

### LV.

2. Deinde cum Iudæa per se admodum esset angusta in longitud. 40. milliarium, in latitud 8. vel 10. Iudæi item adeo fecundi, juxta promissionem *Genes. 15. 5.* Idcirco valde mature totam terram ita compleverunt, ut magna pars extra Iudæam alias fedes & habitationes quarere necessum haberit, quæ veritatem de Deo Israelis hinc inde disseminabat.

### LVI.

3. Tertiò ad reginam *Athiopum* magnum sacerdotum numerum traductum fuisse, ex Historicis recensetur in Geographia Mercatoris ab Hondio aucta, sub titulo *Abyssinorum.*

*LVII. 4. Prae.*



LVII.

*Præterea in N. T. Apostoli ubiq; locorum extra Iudæam Iudæos repererunt, Act. 2. 5. 9. 10. 11. & 13. 42. & 14. 19. & 17. 11. & 18. 4. & 19. 10. & 28. 29. Omnes isti nomen Dei Israelis inter Ethnicos celebrarunt.*

LVIII.

*5. Classis etiam Solomonis in Indiam seu Americam excurrentis & rediens post triennium, completis 1200. milliariibus sine dubio idem fecit. 1. Reg. 9. 26. Dresserus in Chronic. mill. 3. fol. 198. Pellicanus super eundem locum.*

LIX.

*6. Accedebant servitutes Babylonica, quibus Iudæi in varias gentes dispergebantur, nec unquam omnes in patriam redibant, ibiq; ut Iosephus in Aegypto & puellula 2. Reg. 5. & Daniel in Chaldæa, veram doctrinam de Deo docebant.*

LX.

*7. Immo propter eum ipsum finem sæpe ad Ethnicos longissimo itinere emissi fuerunt Prophetæ ante captivitatem Babylonicam, ut Ionas ad Ninivitas, apud quos sedem habebant Reges seu Monarchæ Assyriorum: Abdias ad Edomeos, qui hoc pacto moniti latissimè veritatem divulgare & suæ inspectioni commissos subditos à prava via convertere potuissent.*

LXI.

*8. Sæpenumero Deus Hierosolymis conscribi & divulgari curavit Prophetias adversus Ethnicos, ut ante captivitatem Babylonicam Nahum adversus Ninivitas, item in Esaiæ 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 32. & 41. & 47. capitibus, adversus Babylonios, Moabitas, Damasgenos, Aethiopes, Aegyptios, Tyrios, ecce quam multos populos vicinos, & remotiores eosq; tum præcipuos quosdam.*

LXII. Idem



## LXII.

*Idem ante & post captivitatem* Babyloniam factum est, à *Ierem. ut cap. 25* : ubi iubetur divinitus calicem de manu Iehovæ propinare omnibus gentibus, Aegypto, Chaldæis, Palæstinis, Edom, Moab, Ammon, infulis trans mare, cunctis regibus Arabiæ, Medis, Persis, omnibus Aquilonis, *propinquis & remotis & omnibus regnis terræ, quæ sunt in superficie terræ.*

## LXIII.

Et si vero Propheta ad omnes corpore suo non profectus fuit, tamen ex urbe sancta peregrini in unamquamque provinciam istas prædicationes & comminationes detulerunt & plerumque absque dubio non sine execratione nominis Prophetae & accusatione criminis læsæ maiestatis, ut fieri solet, quoties vel principes vel provinciæ & civitates liberius ab aliquibus taxantur. Sic igitur propheticae Veritatis spiritus olim toti orbi innotescebat, commendabatur, ut itidem apparet ex capitibus *Ieremie Prophetae 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51.*

## LXIV.

*Ezechielis 25. expressus docetur, quomodo* Prophetae magno cum conatu gentibus pœnas prædicere soliti fuerint & debuerint, ubi nimirum ita Deus alloquitur Ezechielem : *Fili hominis, pone faciem tuam contra Pharaonem regem Aegypti, & Propheta contra eum & contra universam Aegyptum.* Item *Ezech. 35. Fili hominis, pone faciem tuam ad montem Seir, hoc est, Idumeos.* Similiter *Ezech. 27. Fili hominis, assume lamentum super LOR.* Item *Ezech. 32. Fili hominis, leva lamentum super Pharaonem regem Aegypti. Hoc est,* deinceps totus totus totus sis in arguendis Aegyptiis, Idumeis, &c.

## LXV.

Exempla alia leguntur ante captivitatem Babyloniam, *Osæ. 14. Joel. 3. Amos. 1. & 2. Habac. 1. Sophon. 2.* Præterea si diligenter

C

ligen-



ligentissime inter se conferantur & expendantur loca *Hab. 2.2. Esa. 30, 8. & Jerem. 36. 2.* Solebant iniriò singula predictiones super tabulas vel paginas ita clarissime scribi, ut diutissime perseverare valerent & facile à quovis prætereunte legi & intelligi possent, donec tandem omnes in unum volumen collectæ in sancto sanctorum reponerentur.

#### LXVI.

*Et vero quibusnam* Ethnicis scriptoribus fuit ignota Iudæa & Solyma? non utiq; Homero, certe nec Aristoteli, nec Ciceroni nec alijs, ut testantur loca ex illis allegata ab alijs, sed cur non altius de religione eiusdem, ipsi inquisiverunt.

#### LXVII.

Ex quibus omnibus ad oculum patet, sub V. Testamento, toti mundo & omnibus Ethnicis ademptam omnem ignorantia excusationem, adeoq; non satis historicè & Theologicè credidisse quosdam, qui in Veteri Testamento tantummodo populum Iudaicum existimabant Ecclesia titulum gessisse, tantummodo divinitus vocatum & salvatum fuisse, præteritis & omissis Ethnicis, nisi quod ex iisdem aliquos nimis nimis, nimis paucos excipiunt, ut Iobum, ut Aethiopem Jerem. 39. & similes aliquos.

#### LXVIII.

Sic iterum in antiquam infernalis deserti sylvam ableganda venit Calvinianorum fatalis & Stoica reprobatio, quasi quosdam cum nondum boni aut mali quicquam egissent, odio suo mancipaverit Deus, ita ut in aeternum salvari non potuerint, nec debuerint.

#### LXIX.

*Alter finis proprius* & præcipuus tabernaculi Mosaici & templi Hierosolymitani fuit, ut omnia sacrificia non alibi nisi in eo ipso peragerentur.

LXX. Atq;

Toti mundo  
adempta excusa-  
tio ignorantia  
sub V. T. ex vo-  
catione univer-  
sali.

Reprobatio Cal-  
vinianorum ex-  
ceranda.

Alter finis ta-  
bernaculi &  
templi.



## LXX.

Atq; hanc ipsam ob causam Iudæi nec olim in captivitate Babylonica nec hodie in diuturno exilio uspiam sacrificium ullum instaurare potuerunt vel nunc audent.

## LXXI.

Porro sæpe numero in alijs locisquam in tabernaculo vel atrio sacerdotum sacrificatum fuisse legimus, nimirum à Gideone *Iudic. 6. 18. 19. 20 21.* à Samuele *1. Sam. 16 2. 3.* ab Elia *1. Reg. 18.* item à Manoah, &c. sed utiq; nunquam sine revelatione singulari.

## LXXII.

Hoc etiam pacto veritas doctrinæ de Deo in totum mundum purissima propagabatur, ut & omnium idolorum omnia sacrificia ubiq; locorum cessabant, simul idola ex cordibus omnium auferrebantur, adeoq; Messia meritum passim mundo innotescere incipiebat, aliaq; inculcabantur.

## LXXIII.

Quod igitur ad sacrificia attinet, habebant *1. iuge sacrificium*: quo nimirum ex publico sumptu, teste Iosepho, singulis diebus, mane unus & vespere unus agnus offerebatur & totus cremabatur *Num. 28. 3.* qui erat imago Christi exhibendi, cuius agni immaculati sanguine redempti sumus *1. Pet. 1.* quem scilicet omnes agni ab initio usq; ad finem oblatis significarunt, unde etiam dicitur agnus Dei, qui tollit peccata mundi *Ioh. 1.* & agnus occisus ab origine mundi *Apocal. 13.*

*Iuge sacrificiū.*

## LXXIV.

Significavit item illud sacrificium preces nostras matutinas & vespertinas ad mentem *Psalmi 141. 2.* Et huc pertinet illud *Philonis in lib. de sacrificijs*: *Quotidie iussu legis agni domino mactantur mane ac vespere cum gratiarum actione, alter pro diurnis alter pro nocturnis beneficijs, qua assidue largitur Deus humano generi.*

## LXXV.

*2. Diebus Sabbathi* præter ordinariū iuge quotidianūve sacrificium

*Sacrificium Sabbatinum.*



ficiū seu holocaustum alios duos cremabant agnos *Numer.* 28. 9. 10. ut monerentur diem sabbathi amplius majoris attentionis & sacrae meditationis opus requirere.

LXXVI.

3. *In mensium capitibus* seu in novilunijs cremabant vitulos duos, arietem unum, agnos anniculos septē, *Num.* 28. 11. Significabatur agenda quolibet novae lunae phasmate creatori gratias pro influentijs caelestibus secundum ipsius voluntatem ac peculiare beneplacitum concessis, quibus aer, humores, adeoque temperamenta hominum & brutorum varietate afficiuntur, Eodem tempore hircus cremabatur pro peccatis murmurantium, cum secus aliquid in his rebus contigit.

LXXVII.

Quot vitulos, arietes, agnos anniculos *in festo paschatos*, Pentecostes Tubarum, tabernaculorum cremare jussi fuerint, dignosci potest ex *Num.* 28. & 29. pro memoria beneficij educationis ex Aegypto, & legum quae sunt Reip. nervi acceptarum in Sina, & quotannis pro novis fructibus, &c.

LXXVIII.

Quomodo autem sacrificia non solum *interdiu*, quum vigilabatur; sed etiam *tota nocte* combusserint, leges *Levit.* 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Id quod significabat corda fidelium oportere semper ardere ex contemplatione Dei, & beneficiorum eius, ut neque ad horam obliviscantur eorum etiam, quae inter dormiendum insciji ab ipso suscipiunt.

LXXIX.

Quomodo semper in parato habuerint aquam lustralem ex cinere *vaccaruffae* cum pellibus, fimo & omnibus carnibus combustae, ut comesturi in loco sancto prius per eam lustrarentur, leges *Num.* 19. Significabatur, nulla quantumvis splendidissima opera placere Deo, nisi fiant ex fide in Christum.

LXXX. Quod-

8.  
Sacrificium Ca.  
lendarum.

Sacrificia alia  
per totam Exod.  
& Levit. &  
Num. legantur.

Ignis sacrificio-  
rum noctu non  
extinctus.

Aqua ruffa ima-  
go patientis  
Christi.



## LXXX.

Quoddam totum comburebatur, quoddam in tres partes dividebatur, ex quibus tribus partibus una in honorem Dei accendebatur, altera cedebat sacerdotibus, tertia offerentibus in loco sancto consumenda relinquebatur. Levit. 9. & 10.

## LXXXI.

*Adeps & cauda* Deo debebatur, ut scirent optima se Deo debere & eum esse finem omnium actionum nostrarum: *armi & pectus* tanquam partes carnosæ dicabantur sacerdotibus, bajulis & consiliariis plebis, *reliqua pars* intra atria coquebatur in usum offerentium, quorum prompta voluntas ex hoc colligebatur, quod suis manibus ad sacerdotes deferrebant non tantam portionem Deo dicatam sed etiam sacerdotibus destinatum *Ἰσθιάων μέγ*, ut à sacerdotibus, ad quatuor mundi plagas levaretur, ut hoc pacto omnia ipsis, (ut & nobis hodie) divino munere contigisse profiterentur.

## LXXXII.

Qui non poterant grandia offerre, nihilominus mediocria & parva dabant, *Levit. 3.* quia Deus vult ab omnibus aliquid conferri ad conservationem scholarum, & templorum, nec parcat hac in parte etiam mendicis.

## LXXXIII.

*igne utebantur calitus demisso* super sacrificia *Levit. 9.* 24. quem scilicet foverunt usq; ad templum Solomonis, ubi renovatus fuit, & duravit, testibus Hebræis, usq; ad tempora Manassis. Postea *2. Maccab. 1.* dicitur, tempore Babylonice captivitatis fuisse absconditus, usq; ad reditum Iudæorum, de qua re judicent eruditiores. *Significabatur* autem, sacros cultus, divino præscripto curandos, atq; infinites à profanis separandos, nec sacra & profana confundenda.

C 3

LXXXIV. Adhi-

Dupliciter sacrificabantur pecora.

Offerentes deferrebant pecora ad sacerdotes ipsi & sacrificia alia

Nec pauperrimi immunes erant ab oblatione sacrificiorum.

Ignis sacrificiorum qualis:



Musica in sacrificiis.

NB.  
Plures canunt  
voce, pauciores  
Instrumenta  
Musica instant.

Semper primo  
adolebant in  
sancto quam in-  
ciperent sacrifi-  
care foris.

Sacrificia sine  
penitentia Deus  
execrabatur.

#### LXXXIV.

Adhibebantur in cultibus divinis, etiam cantus & musica instrumenta, psalteria, citharæ, cymbala, tubæ, organa ex instituto Davidis 1. Paral. 23. 30. 31. 32. Et 2. Paral. 5. 12. 13. in dedicatione templi canunt Levitæ plurimi & cantores, & cum illis 1 20. sacerdotes clangunt tubis. *vide etiam 2. Par. 29. 27. & 30. 27.*

#### LXXXV.

Nunquam autem teste Philone in libro de sacrificantibus fas fuit immolare foris in atrio, priusquam in sancto, intus summo mane, suffitus factus fuisset, Exod. 11. & 30. 2. Reg. 2. & 9. & 22. 1. Par. 6. 2. Par. 6. 2. Paral. 26. & 29. Luc. 1. ubi prunæ erant ardentes in patella, super quibus thymiana incendebatur, ut significaretur micæ thuris oblatam ab homine pio esse Deo gratiorem, quam multas hostias impiorum, & omnes cultus sine precibus & fide frigescere.

#### LXXXVI.

Deus enim non delectatur victimarum magnitudine, sed offerentium bona mente, & spiritus puritate. Huc facit illud Psal. 40. 7. *Sacrificium, & oblationem noluisti, holocaustum, & pro peccato non postulasti. Psalm. 50. 8. & sequent. quod bobus non indigeat; Immola Deo sacrificium laudis. Osee 14. 3. Omnem aufer iniquitatem, & reddemus vitulos labiorum nostrorum.*

#### LXXXVII.

Huc illud Marci 12. 31. *Diligere proximum, tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustis, & sacrificijs.* Et Esaiæ 66. 3. *qui immolat bovem, quasi qui interficit virum; qui immolat pecus, quasi qui jugulat canem; qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum; qui recordatur thuris, benedicit Idolo; Et Esai. 1. 11. Holocausta arietum nolui. 1. incensum abominatio est mihi.*

LXXXVIII. D:



## LXXXVIII.

De his igitur rebus omnibus, ad legitimum cultum adorationis Dei, & meritum Messiae repraesentandum, spectantibus, per sacrificiorum λειτουργίαν, passim rotus mundus in templo, & ex templo Solymitano, ut etiam ex tabernaculo Moysis edocebatur. Atque ex hoc loco seu tum à patribus tum à Iudæis intra terram Canaan habitantibus omnes suorum sacrificiorum, conviviorum sacrorum & aliorum consuetudines acceperunt gentes, de quibus in omnibus libris Ethnicorum legerelicet.

## LXXXIX.

De alijs in templum & tabernaculum comportatis suo loco: pauca restant addenda de Convivijs circa atrium tabernaculi & templi celebratis.

## XC.

Et si vero alia convivía, domi suæ, agitare quisque poterat, tamen decimas, primogenita, vota & similia, domi absumere simpliciter prohibentur, & ex illis epulum sacrum in loco sancto instituere jubentur, ut hoc pacto, avaritiæ & technis impiorum ministerii contemtorum occurreretur 2. & ut hoc sacro convivio publice testarentur, sua omnia Deo se accepta referre, 3. atque ut latantes in medijs convivijs, Domini, aut mandatorum eius non obliviscendum esse discerent.

## XCI.

In primis salvum ministerium, adeoque florens semper in illo populo esse voluit Dominus, propter propagationem gloriæ Dei, & hominum salutem, ex illo ipso loco, strenuè adiuvandam.

## XCII.

Et cogita, si per 40. annos hodie clauderentur scholæ, & templa, quid barbariei, quid impietatis, quid Turcica pro-

Convivia sacra  
sine exceptione  
singuli celebrare  
cogebantur,  
propter tres  
causas.



profanitatis, emerfurum conspecturi essemus. Si igitur idem  
rum accidisset in exaudita impietas & profanitas per totum  
orbem viguisset.

### XCIII.

Propter eandem causam, in N. T. personis Ecclesiasticis  
stipendia rite, ex conscientia, sunt numeranda, gravissimeq;  
peccant, qui, vel gravatim, vel agrè vel mutilatè, hoc faciunt,  
ut jam nihil dicamus de ijs, qui in hoc genere à fraudibus &  
furtis non sunt immunes.

### XCIV.

*Domestico insuper convivio & ad epulas non prohibitas,  
ut ad cervum & ad capream edendam (non sacrificiandam) adhibere  
poterant quoscumq; homines, sed sacro epulo circa & intra  
atrium confecto, ex residuis sacrificijs vel aliis oblationibus  
tantum interesse debebant mundi, & in primis, præter patrem fa-  
milias, filius, filia, servus, ancilla, & loco Dei, qui œconomia  
& agriculturæ benedixit) Levita ex urbe patrisfamilias, 1. ut  
hac ratione, etiam liberi & servi, de gratitudine erga mini-  
sterium, & 2. de sacrificiorum finibus, 3. veraq; doctrina in  
ipsa summa academia erudireretur, simul & 4. testificaretur De-  
us, apud se nullum esse respectum personarum, sed se omnes  
vocare, ut 5. deniq; domini, hoc pacto animos mitiores, erga  
servos, capere & usurpare discerent, quorum Dominum &  
patrem Deus hac ratione publice sese profitebatur.*

### XC V.

De quibus omnibus cogitare debent etiam Christiani  
hodie, ideoq; liberos & servos secum in templa & ad sacra-  
menta deducere. *De sanguine non comedendo infra docebitur.*

### XC VI.

In N. T. nusquam extare debuit unicum generale tem-  
plum, sed in *omnibus locis* synagoga, particulares extruuntur,  
quemadmodum hodie etiam ubi vis locorum cernere licitum  
est.

XC VII. Licet

*Thesauri Eccle-  
siastico præstiti  
quid cavere de-  
beant.*

*Mundi & im-  
mundi possunt  
profano convi-  
vis adhiberi.*

*Convivio sacro  
quinam adhi-  
bendi.*

*Vile esse, in aca-  
demiis ad Tem-  
pus versari posse,  
etiam qui scholis  
& Ecclesiis nun-  
quam inservire  
possunt, tantum  
ut doctrina &  
ceremoniarum  
fundamenta &  
conformitatem  
cernerent tena-  
ciusq; servarent.  
In N. T. non est  
summum aliquod  
templum quale  
erat Hierosoly-  
mitanum.*



XC VII.

Licet quidem sublimior sit quorundam ministrorum, vel vocatio, vel locus, quam reliquorum, etiam in novo, tamen certam cathedram toti mundo spectandam Christus nullibi proposuit, quicquid præter historiarum sacrarum, & Ecclesiasticarum fidem in hunc usq; diem, contra conscientiam, pontificii quivis garriant.

XC VIII.

EX HIS IGITUR quæ hæcenus, secundum contextum cap. XII. prolata fuerunt, ante omnia apparet, *ministerium verbi divini* esse ordinationem divinitus institutam, ad docendos homines, de Deo, & peragendos ritus, ab iplo præscriptos, per quam Spiritus S. efficax est, hominesq; illuminat, & sanctificat, ad vitam æternam, 2. Corinth. 5. 18. Act. 2. 38. & 10. 44.

XC IX.

Vtriusq; autem Testamenti ministerium, & Ecclesia, habet *certum mandatum*, quomodo prædicare, & reliqua peragere debeat: Deut. 12. 32. Matth. 28. 20. Galat. 1. 8. 9. Et in primis quod externam politicè dominandi potestatem, constituendi, & deponendi imperatores, & reges non habeant ministri Ecclesiæ, satis evincit illud Luc. 22. 25. 26. 27.

C.

Dispensare igitur contra Evangelia, & Epistolas Pauli; de cibo, festis, ordinibus, jejniis, processionibus, sancire, decernere, & instituire caremonias, & traditiones certas, ad colendum Deum, & remissionem peccatorum promerendam, & ad satisfactionem pro peccatis, quo jure conati sunt, & conantur Romanenses? eo nimirum, quo Pharisei Matth. 23. 4. *Onera gravia, & portatu difficilia, in humeros hominum imponebant, & his suis traditionibus gehenna filios faciebant.*

D

CI. Atq;

Pontificij primatum Pape non possunt probare ex Historiis Ecclesiasticis multo minus ex scripturis sacris unquam docebunt.

1.  
DE MINISTERIO PUBLICO.

Ministerii potestas limitata & distincta a potestate publica.

Pontificum Romanorum ambitio impietissima & sacrilega.



Vocatio ministrorum semper fuit, est, & erit divina.

Vocatio ministrorum quæ dicitur est mediata.

Olim etiam a laicis eligebantur Pontifices Romani.

Paschalis p. p. electus a Clero & populo.

Imperator Romanus prohibet eligere pontificem nisi suo consensu.

Quando populus ab electione pontificis fuerit exclusus.

## CI.

Atq; sicut *Deus* tribum Levi, post primogenitos reliquarum tribuum, ministerio suo consecravit, *Num. 3. & 4.* deniq; in N. T. *Christus* sibi Apostolos multos, ex divina potestate, *Matth. 28. 18. 19. 20.* (cui *Matthias Act. 1. 26.* annumerandus est) assumpsit, ita idem *Filius Dei*, hodie, *Eph. 4. 11. 12.* alios substituit, idq; non amplius, semper, extraordinariè, sed medio ministrorum, & aliorum *1. Timoth. 5. 21. 22. Tit. 1. 5. & seqq. Act. 1. 15. & 13. 2. 3.*

## CII.

Sic apud *Platinam*, in *Sergio*, magna oritur populi *Romani* altercatio, de *Cononis*, pontificis *Romani* successore, quia tum temporis non negligebant politicorum consensum, ut hodie facere cæpit *Papa*, sibi suisq; *Episcopis* solis auctoritatem vocandi & præficiendi ministros rapiens.

## CIII.

Et postea, in *vita Paschalis*, scribit idem *Platina*, *Paschalem*, patria *Romanum*, patre *Bonoso*, nulla quidem interposita imperatoris auctoritate, pontificem creatum, sed tamen ob eam rem, ubi pontificatum inivit, statim legatum ad *Imperatorem Ludovicum* misisse, qui eius rei culpam omnem in clerum & populum rejiceret, quod ab his vi coactus esset pontificium munus obire.

## CIV.

Accepta tunc hæc satisfactio *Ludovicus* respondisse perhibetur populo & Clero ibidem, *maiorum instituta & præcepta servanda esse, caverent ne deinceps Maiestatem laderent.*

## CV.

Innotationibus ad descriptionem *vite Innocentij II.* *Onuphrius Panuinius* commemorat, tempore *Innocentij II.* primum à pontificis electione exclusum fuisse populum, adeoq;



adeoq; primum sine populi interventu ullo Papam creatum  
fuisse Innocentio II. mortuo Cælestinum secundum sub Lo-  
thario III. Imp.

### CVI.

Eligunt igitur ab illo tempore Pontificem soli Cardina-  
les. Idque faciunt in conclavi sine janua conclusi, quæ ratio  
viguit imprimis à Bonifacio VIII. usq; ad nostra tempora.  
*Quæ de re legatur Onuphrius in notatione ad vitam Iohannis*  
*22. ut & Sleidanus.*

*Eccæ, ubi eligant  
Pontificem Ro-  
manum Cardi-  
nales.*

### CVII.

Nos Veteris & Novi Testamenti exempla secuti pro-  
nunciamus, eos, qui in Ecclesia docere volunt, oportere esse  
legitimè vocatos, vel immediatè ut Propheta fuerunt ac  
Apostoli, vel mediatè, ut Levitæ & Apostolorum disci-  
puli, & successores, ne audiant illud Ierem. 23. 23. Ga-  
lat. 1. 7.

*Legitima voca-  
tio ministrorum  
quæ?*

### CVIII.

*Porrò putidum & rancidum est, quod crocitant Pontificij*  
scriptores, quasi nostri Evangelici pastores, quia à pontificijs  
Episcopis, & quidem ex ordinaria successione descendenti-  
bus, (alij enim hoc jus non concedunt) ordinati non sunt,  
nec ministerio fungi, nec sacramenta administrare queant,  
*siquidem jus confirmationis & vocationis non solum est Epif-*  
coporum sed Ecclesiæ totius, & ab ea transit ad eos, quibus  
solis ab ea interdum commendatur.

*D. Lutherus &  
collegæ ipsius,  
Presbyteri, à  
Pontificijs ordi-  
nati sunt, ut Bi-  
blicam verita-  
tem docerent. Id  
fecerunt tandem  
isti ordinati, &  
ipsi vicissim or-  
dinaverunt alios,  
unde nostratum  
hodierna ordina-  
tio est legitima.  
A pontificijs non  
petenda est ordi-  
natio nostratibus*

### CIX.

Neq; concedendum est hodie, ut nostri à Pontificijs Epi-  
scopis ordinationem petant, quia illi non sunt sinceri docto-  
res & contra Dei verbum ordinandos astringunt jurejuran-  
do ad manifestam idololatriam, ad impium cœlibatum, &c.  
1. Timoth. 4. 3.

### CX.

Nihil enim moramur papisticâ unctioem, & alias ipso-  
rū similes cæremonias, præter scripturâ excogitatas, sed tutis-  
sime



*Apostolica ordi-  
natio.*

sine acquiescimus in Apostolica simplicitate in Apostolica ordinatione nostrorum ministrorum, nimirū diligenter prius examinatorum, 2. *Tim. 2. 2.* 1. *Tim. 5. 22.* postea cum precibus & impositione manuum publicè commendatorum & ad ministerium confirmatorum. 1. *Tim. 4. 14.* & 2. *Timoth. 1. 9.* Legatur etiam Chemnitius in examine concilij Trident. de sacram. ordin. *Cap. 3.*

CXI.

**DE TEM-  
PLIS.**

*Anabaptistæ vo-  
lunt ubique loco-  
rum concionari.*

Deinde ad templa seu Ecclesiasticorum congressuū loca publica quod attinet, duo vitanda sunt extrema 1. Anabaptistarum, reponentium templa inter minima adiaphora, ut & illorum, qui templis nullam externam reverentiam concedunt.

CXII.

*Aristeas.*

Aristeas certe in libello, ad Philocratem fratrem, de professione sua ad Eleazarum sacerdotem, pro 72. inter precibus ad Ptolomæum adducendis, scribit, tantum ubiq; fuisse silentij in templo Hierosolymitano, ut putaveris in illo loco nullum prorsus fuisse hominem, cum interim & sacerdotum ministrantium & eorum qui hostias adducerent, valde magnus adesset numerus, qui omnia cum reverentia & ut convenit magnæ divinitati peragebant.

CXIII.

*Pontificii tem-  
pla absolutè san-  
cta esse volunt.*

2. Ne ἀπόως eamus pedibus in sententiam *Bellarmini*, quod Deus nimirum extra conventus celebratos magis in sit templis absolutè consideratis quam aliis locis. Verè templa sunt οἰκόμενα & domus Dei *Es. 5. 6.* imagines quædam cæli, sicut tabernaculum Mosaicum cum cælo comparatur *Heb. 9. 11.* cum nimirū frequentantur & in legitimo usu honorantur; interim tamen nequaquam necessario & indivulsè & in clu- sive sese allegavit Deus illis locis, *sine respectu jam dicto.*

CXIV. In



LXIV.

In V. T. inter orandum convertebant faciem ad templum, Daniel. 6. 1. Reg. 8. In Novo ad ortum, ideoque & necessario respicere inter orandum, (quod juxta mentem Bellarmini paradysus fuerit ad ortum Genes. 2. 8, quod ortus sit pars mundi excellentior propter solem ibi surgentem & nostros vultus illuminantem, quemadmodum Christus illuminat animam, quod patiens Dominus in cruce spectaverit facie sua occasum,) quomodo quaeso poterunt illi Christiani qui ultra loca terrestris paradisi respectu nostrae habitationis sunt constituti.

CXV.

Nos claudere inter preces ideo solemus oculos, quod ex sensu oculorum remotis omnibus terrestribus creaturis nihil cogitandum & menti in spiritu praesens intuendumque restet, nisi solus Deus & Dominus noster Iesus Christus.

CXVI.

Quid de quatuor finibus templorum sit sentiendum, quos statuit Bellarminus cap. 4. lib. 3. de sanctis in caelo: qui sunt 1. ut ibi sacrificia. 2. Orationes fiant. 3. ut Martyrum reliquiae ibi custodiantur 4. ut ibi Verbum & sacramenta dispensentur, vel pueris nostris haud est obscurum, siquidem sacrificium externum Novi Testamenti pagina omnis ignorat, immo abrogat, & tertium Idololatricum finem divina Mosaici corporis absconditio satis prosternit, nec res caret suspitione deceptionis multiplicis & suppositionis. De mortuis etiam rectius extra urbium ambitus sepeliendis lege Lutherum in tract. de Peste fugienda.

*Fines templorum secundum Pontificios.*

*Mortui extra urbes rectius sepeliuntur.*

CXVII.

Quod autem ex Basilio, Theodoro, Chrystomo profert Costerus, suo contra vim vivificandi habere reliquias sanctorum, tam est sacris literis & rationi consentaneum quam illud, quod ipsi quoque peregrinationes ad memoriaeorum suscipiunt, vota & dona persolvunt, partium simulachra

*Pontificiorum superstitiones circa sepulchra sanctorum.*



aurea appendunt, quæ curationem perceperunt, & quæ similes sunt ineptiæ.

### CXVIII.

*In templa sum-  
mus collocentur  
moderati, pro lo-  
corum ratione.*

Et si quoq; aurum sacrum est, & optime collocatur, quo vestitur templum Matth. 23. & merito punitur Balthazar Daniel. 5. 30. Heliodorus. 2. Maccab. 3. Antiochus 2. Maccab. 9. sacris vasis & thesauris per abusum inhiantes: tamen in casu necessitatis recte sequimur Ambrosium, *Vende aurum & vasa templi ut serues vasa viventium*, idq; ideo, ne cogamur audire illud Bernhardi: *O vanitas vanitatum sed non vanior quam insanior. Fulget Ecclesia in parietibus & in pauperibus eget, suos lapides induit auro, & suos filios nudos deserit.* Hac ille.

### CXIX.

*Lutheranorum  
tenacitas, Ponti-  
ficiorum prom-  
issio in tem-  
plis novis extru-  
endis.*

*Detestanda* autem est hodierni populi Christiani inter Lutheranos tenacitas, cum ad nova oratoria extruenda conferendi & colligendi sunt etiam parvi sumtus, cum quotiescunq; pro novis ordinibus *sub papatu* nova excelsa requiretur, fervere animos operaq; legamus, etiam si in una urbe uno tempore aliquot monasteria inscitanda designentur: sicut ultra dena milia pro solis mendicantibus ut nihil de reliquis dicatur intra centum & quinquaginta annos post annum Christi millesimum ducentesimum extructa fuisse annotat Pellicanus super hunc locum Deuteronomij.

### CXX.

*3.  
An olim idola  
infecta tem-  
pla sunt destru-  
enda.*

*Calviniani in  
Gallia.*

TERTIO, ex præcepto capituli XII. speciali de perendis omnibus locis, in quibus fervierunt gentes Diis suis, super montes excelsos, & super colles, & sub omni arbore viridi, de diruendis aris, statuis confringendis, lucis comburendis, sculptilibus concidendis, perdendo nomine eorū, aliqui *Calviniani in Gallia*, in eā concesserūt sententiā, quasi templa aliaq; cultui divino destinata, ut in illis verbū Domini doceretur & audiretur, sacramenta distribuerentur & perciperentur post.



postquam Idololatria pontificia contaminata fuerunt, aliter purgari non possint, nisi diruerentur & funditus everterentur.  
*Beza ad Colloq. Montibelg. part. 2. fol. 17.*

CXXI.

Sed hos refutat in textu addita determinatio *vers. 2. Subvertite omnia loca in quibus coluerunt GENTES QVAS POSSESVRI ESTIS, Deos suos, &c.* nimirum quia hæc terra debebat esse schola & Academia totius mundi, unde magis puram & omnis suspitionis expertem eam esse decebat. Id quod hodie ad nullum specialem locum accommodari potest.

CXXII.

Et si igitur majores nostri viderunt in montibus, collibus, bivuis, desertis locis, sub omni optimo ligno, frondoso, vel arbore, apud omnes fontes & abyffos, sub papatu, erecta templa, & sacella, variis Diis tutelaribus, & sanctis patronis consecrata, tamen diruendi singula nullum habuerunt, & in reformationibus hodiernis nostratibus, nullum habemus nos mandatum speciale.

CXXIII.

Christus etiam templum Hierosolymitanum quod domum negotiationis & speluncam latronum vocat, nunquam diruit ipse, quin potius in eo docuit *Ioh. 2. 4. Luc. 19. 46.* Paulus etiam Athenis *Act. 17.* ad Altare Deo ignoto dedicatum, gentibus Christum annunciat, ut de aliis locis in Actistaceamus.

CXXIV.

QVOD IN SVPER *Beza in annot. ad th. Vvrt. in coll. Mompelg.* Musicâ Symphonicam & instrumentalem Levitici cultus maximam partem fuisse, ideoque ex templis Christianorum eliminandam censet, id ab eo quidem dicitur, sed, non satis confirmatum datur.

CXXV.

Certum a est quod ex *Martiano* citat *Lipsius de pronunc. lingua lat. c. 18.* animam vocû (& *Musices seminariû*) esse AC-  
CEN-

*Præceptum de diruendis templis idolatriæ Deut. 17. est speciale, solis Iudeis datum.*

*Hodie templa idolatriæ in N. T. non sunt diruenda sed aliter purganda.*

DE MUSICA.



Numeris & inter-  
uallis compre-  
hensa & inclu-  
sa facilius reti-  
nentur, & plus  
movent atten-  
tionem.

Heretici Musi-  
ce studiosi &  
cur.

Moses canticum  
composuit  
quod cum tubis  
cecinerunt Israe-  
litae ante in-  
itum cultum  
Leuiticum.

Quomodo omnis  
generis Musica  
in cantibus Chri-  
stianorum conce-  
di debeat & pos-  
sit.

CENTVM. Certum etiam carminibus & cantibus tan-  
quam numeris, mensuris, intervallisq; conclusa memoria  
citius diutius & tenacius insidere. Certum deniq; est Musica  
& instrumenta & symphoniam ad numeros & mensuram,  
intervallaq; elevationem & remissionem sonorum esse  
quam appositissima, magisq; affectus & mentem commo-  
vere.

### CXXVI.

Hinc enim *Heretici veteres cantionibus suavis viris  
suum propagare consueverunt*, Id quod de *Samosateno* Euseb. l.  
7. Cap. 24, de *Arianis* Socrates lib. 6. cap. 8. Sozom. lib. 3.  
cap. 8. de *Harmonio Syro heretico suavis modulis & numeris  
multos seducente*, Nizephorus lib. 9. cap. 16. de *Apollinari*  
idem lib. 11. cap. 12. comprobatum fecit.

### CXXVII.

Eosdem fines sibi propositos habuit sed in optimam par-  
tem Moses, quando *Exod. 15.* elegantissimum & antiquissi-  
mum canticum composuit, quod primum decantabatur à  
Viris *Exod. 15. 1*; Postea iisdem contextibus à feminis *prae-  
nente Maria prophetissa sorore Moysi*, sequentibus eam omnibus  
mulieribus, *cum tympanis & choris Exod. 15. 20.* Id quod fa-  
ctum est ante repetitum in Sina decalogum & ante exordi-  
um Levitici cultus.

### CXXVIII.

Non igitur errabimus si etiam nos finem cationum  
omnium fecerimus eum, quem *I. Cor. 10.* omnium actionum  
aliarum finem vult esse Apostolus, nimirum aedificationem  
Ecclesiae, cum qua gloriae Dei illustratio non potest non esse  
conjuncta. Id quod fiet si de consilio Apostoli non modo pre-  
ces, lectiones, conciones & sacramentorum administratio-  
nes, sed etiam Psalmi simplices & harmonici sine instrumen-  
tis & cum instrumentis admixtis, in lingua Ecclesiae vernac-  
ula audientur.

CXXIX. Ma-



CXXIX.

Male enim fecit Anchristus Romanus, quando tantum latino Idiomate, ubi vis locorum, ubi etiã nemo illud Idioma intelligebat, cantilenas decantari, missas celebrari, Epistolas & Evangelia legi, precatìones recitari, infantes baptizari, & reliquos cultus sacros peragi iussit.

CXXX.

Interim pro locorum diversitate, ubi doctiores sunt frequentiores in primis in festivitibus præcipuis admiscere peregrini sermonis pauca & brevja cantica hæc non vetat Apostolica admonitio, præsertim si argumentum vel ex tempore conjiciat vel quandoque postea in ipso concionis contextu ex doctore cognoscat vulgus ad mentem Apostoli 1. Cor. 14. 27.

CXXXI.

Hoc etiam est quod *Cajetanus* super hunc locum scribit: *In hac Pauli doctrina habetur, quod melius ad Ecclesia edificationem est, orationes publicas, quæ audiente populo dicuntur, dici lingua communi clericis & populo, quàm dici latinè.* Item quod *Nicolaus Lyranus* super hunc locum habet: *Quod si populus intelligit orationem seu benedictionem sacerdotis, melius reducitur in Deum & devotius respondet Amen.*

CXXXII.

Neque quicquam valoris habent, quæ in contrariam sententiam pro lingua peregrina in sacris adhibenda adferuntur à *Bellarmino*, circa finem tractatus de sacrificio missæ.

CXXXIII.

DENIQUE sacrificia, in hoc capite & aliàs sapius commemorata, quod concernit, totum negotium aptè comprehendit *Lyra* super *Levit. 1.* non longè à fine, his sequentibus verbis: *Circa hoc caput queritur quare fiebat Deo sacrificium de tribus speciebus animalium tantum, scilicet bovis, ovis, & capræ*

E

*Abusus Musicae in Papatu qualis*

*Quando & quomodo peregrina lingua cantare liceat.*

*Cajetanus.*

*Lyra.*

*DE SACRIFICIIS.*



Tres fines sacrificiorum secundum Lyram.

& capra & de duabus speciebus aviū scilicet turturis & columba. Item quare non fiebant de piscibus sicut de alijs viventibus. Ad solutionem autem istorum & consilium considerandum quod sacrificia Veteris legis instituta fuerunt ad tria scilicet ad revocandum Iudeos ab Idolatria, & ad inducendum eos ad colendum Deum, & ad figurandum Christi verum sacrificium, & ex hac triplici ratione conveniens fuit sacrificium fieri de tribus speciebus animalium prædictis Hæc ibi Lyra.

CXXXIV.

Mox autem pergit explicare Lyra quod proposuit, his sequentibus verbis; Propter primam, quod Idolatre Egyptij, inter quos Iudei fuerunt conversati, prædicta animalia colebant, ut DEos, agnum vel arietem, quod talis forma, quantum ad aliquod ipsius lovis, fingebatur, unde & capite arietino, pingebatur, Bovem, quod Api, quod maximum numen apud Egyptios reputabatur, in specie tauri apparebat, Hircum, quod daemon aliquando apparebat eis in specie hirci, & idcirco nefas reputabant dicta animalia immolare. Propter quod Moses dixit Exod. 8. si mactaverimus ea quæ colunt Egyptij coram eis, nos lapidibus obruent. Et idcirco per oppositum Dominus præcepit ista animalia sibi immolari. Hæc ille iterum.

CXXXV.

Idem mox ibidem: Similiter propter secundam rationem, Tunc enim homo debite Deum colit, quando bona, quæ habet, ab eo se habere recognoscit, & de eis obligationem ei facit secundum illud David. 1. Paral. 29. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus. Et ideo convenienter ordinavit Dominus, sibi sacrificium fieri, de illis animalibus quæ communius veniunt in esum hominis, quæ sunt tres species prædictæ. Cætera autem animalia, vel sunt sylvestria, quibus homines communiter non utuntur, vel si sunt domestica, sunt immunda, porcus,

1. Ratio Lyre, cur animalia non quævis sed tantum communia boves, oves, hircos, turtures, columbas sibi immolari iusserit Dominus.

2. Ratio Lyre, cur Dominus immolari sibi non quævis, sed communissima quædam voluerit.



cus, & similia, qua non debent Deo offerri. Hæc ille iterum  
ibidem.

CXXXVI.

Adhuc idem mox è vestigio ibidem: Similiter propter ter-  
tiam rationem, quia BOS significat Christi fortitudinem, ovis  
eius innocentiam, capra vel hircus similitudinem carnis peccati.  
De turturibus vero, & columbæ pullis fiebat sacrificium, tum,  
quod sunt in magna abundantia, in terra promissionis, & cadunt  
frequentes in esum hominis, sunt etiam mundi nutrimenti. Ce-  
tera vero aves, vel sunt magis sylvestres, vel si sunt domestice,  
vescuntur immundo nutrimento, ut gallina, & anates, & consi-  
miles. Item, quia turtur significabat Christi castitatem, columba  
que felle caret, eius dulcedinem seu mititatem. De passeribus ve-  
ro fiebat oblatio tantum in emundatione leprosi. De piscibus au-  
tem non fiebat sacrificium, quod non habitant inter homines,  
sed latent in aquis. Item quia ex extractis de aqua cito moriuntur,  
& idcirco non possunt vivi deferri ad templum. Oblatio autem  
non fiebat de mortuis. Item quod aliqui idololatra utebantur pi-  
scibus in suis sacrificijs. Hæc omnia Lyra

CXXXVII.

Principalissimè autem, ut de sacrificio Christi salutis no-  
stræ & totius religionis ac fidei fundamento, homines com-  
mune fierent, non tantum instituit Deus sacrificia pecudum  
statim postreptos primos homines, verum etiam solennif-  
simè eadè renouavit in deserto, ita tamen ut in eremo non  
requirerentur, scilicet differenda, cum reliquis omnibus us-  
que requiem in terra promissa hæreditare inciperent. Deut.  
12. 8. 9.

CXXXIII.

Non merebantur ipsa sacrificia unquam remissionem  
peccatorum nec placabant iram Dei, immo cum corpora  
offerentium coinquinarent quomodo animas purgare  
potuissent. Fiebant etiam præter gratiarum actionum  
monumenta & rogationum, tantum pro delictis per

III. Et præci-  
pua Ratio Ly-  
ra, cur non que-  
runt animalia im-  
molari iusserit  
Dominus.

De piscibus non  
factum fuit sa-  
crificium.

Que impij Etb-  
nici sacrifica-  
bant, canes,  
equos, feras homi-  
nes, repudiavit  
Deus in suis sa-  
crificijs.

Cur ante Moysen  
instituta fueri-  
nt sacrificijs.



Magna peccata  
politice punie-  
bantur.

errorem, incertiam, in firmitatem, & clam patris: pro ma-  
gnis & notioris externis non itidem erant destinata: neq; ira  
Dei in animalia proprie deferri potuit, sed debebant omnia  
testari de atrocitate peccati. Cum igitur *secundum Epistolam ad  
Heb. 9. & 10. Ephes. 5.* Impossibile esset sanguine vitulorum &  
hircorum tolli peccatum, Christus tradidit semetipsum pro  
nobis oblationem, & victimam. Deo, in odorem suavitatis, at-  
que una oblatione in perpetuum consummavit sanctifican-  
dos.

### CXXXIX.

Imprimis autem Epistola ad Hebræos cap. 5. & 6. & 7. &  
8. & 9. & 10. rotam doctrinam de sacerdotio Christi & collati-  
one sacerdotii Aaronici seu Levitici cum sacerdotio Christi  
pientissime & prolixè explicat, sic effecta sacrificij Christi  
h. e. redemptionem totius generis humani tota Evangelij do-  
ctrina, Epistolaque Apostolorum pulcherrimè itidem conti-  
nent; quarum summa est illud *Iob. 1. Sicut Moses exaltavit ser-  
pentem in deserto &c. Et Heb. 9. Christus semel oblatus est, ut to-  
tius generis humani peccata tolleret.*

Christus mortuus  
est pro omni-  
bus, etiam impiis  
dominibus, con-  
tra plusquam  
blasphemam vo-  
cem Beze in  
collog. Mompel.

### CXL.

Relegamus igitur *tum eos*, qui fingunt Christum pro pec-  
cato Originali tantum & pro delictis ante primam ad Deum  
conversionem perpetratis suo sacrificio satisfecisse, reliqua  
vero & sequentia peccata singulos oportere propriis operis  
bus, eleemosynis, ordinibus, peregrinationibus, jejuniis, mi-  
sis, & similibus expiare: *tum eos*, qui nos justificari dicunt,  
partim propter gratiam ex sacrificio Christi nobis infusam,  
partim propter impletionem legis, in gratia factam, *tum  
deniq;* eos, qui per sacrificium missæ nobis Christi sacrificium  
applicari fingunt.

Christus satisfacit  
pro omnibus  
peccatis origina-  
li, actualibus an-  
te & post con-  
versionem ad-  
missis.

### CXLI.

Figmentum impium illud, & pontificij regni funda-  
mentum præcipuum, sacrificium scilicet missæ, in quo corpus  
& sangui-

Missæ pontificis



& sanguinem Domini nostri Iesu Christi à sacerdotibus Deo offerri & coram Deo æterno Filium Dei listi affirmant, imprimis abhorremus.

CXLII.

In cæna enim nobis à Deo (quod fit in sacramentis) non Deo à nobis (quod fit in sacrificijs) exhibetur & communicatur aliquid. Præterea quia *Christus Heb. 9. semel per sacrificium sui ipsius apparuit: Et Hebr. 10 VNICA oblatione in perpetuum consummavit sacrificandos, cum hac Vnica numero oblatione tam infinities quotidie in tor angulis innumeris repetita & scabræ oblationes quomodo solidè conciliabuntur?*

CXLIII.

Quæ cum ita sint, falsum est, quod credunt miseri plebeij, opus sacrificuli facientis missam, petenti vel auscultanti vel quomodocunque sine intuitu fidei ex opere operato præsentem remissionem peccatorum mereri.

CXLIII.

Falsius est, illud opus seu missam applicari alijs, cum nemo pro altero baptizetur, absolvatur, cænâ Domini palcatur & illud 1. Cor. 15. 29: Baptizari pro mortuis rectè ab Eusebio lib. 4. C. 15. de baptizatis in cæmeterijs ad testificandam fidem de resurrectione carnis exponitur.

CXLV.

Falsissimum denique est & horribilissimum pariter, sacrificio missæ animas ex purgatorio liberari, quod & pueri intelligere possunt, cum omni, omni verbo destituatur.

CXLVI.

Habent patres purioribus seculis cogniti mentionem sacrificij, sed eo nihil intelligi apud ipsos posse nisi cænâ esse admonitionem de sacrificio Christi semel in ara crucis oblato antecedentia & consequentia aliaque circumstantiæ apud ipsos evincunt.

E 3. CXLVII. Conclu-

*In cæna Deus nobis dat, Ergo cæna non est sacrificium.*

*Sacrificium patris semel factus est Christus.*

*Baptizari pro mortuis quid.*

*Quo sensu patres cænâ sacrificium nominant.*



CXLVII.

Conclusionis loco, posset aliquis, non immeritò, querere, cur DOMINOCæli & terræ placuerit, tot à populo suo exposcere victimas, easque vel in solidum vel ex parte redigere in cineres, quas facius fuisset in rei & economicæ augmentum servare, vel in pauperum sustentamentum collocare.

*Questio cur non  
potius pauperi-  
bus quam igni-  
bus tot dari pecora  
voveris  
DOMINVS.*

Quotannis iugi sacrificio agni cedebant 730. præter reliqua majora. Vide quæ in dedicatione tabernaculi obrulerint duces populi Israelitici Num. 7: Vide quæ obtulerit Solomon 1. Reg. 8: Herodes in dedicatione atrij à se extructi immolavit tria millia boum.

CXLIIIX.

R.

Verum mirari & angustari desinet ille, si consideraverit, Deum pro hac obedientia & impensa Israelitis ita locupletissime benedixisse, sicuti pro simplicibus allatis Iob dedit duplicia Iob 42. ut nusquam melior fuerit anima versus proventus pecorum atque in ipsâ Iudæâ, ut inde discant omnes loci Dei sacerdotes & verbi ministros alere & notare cumulatius quo ab eodem agrorû & pecorum proventus expectant & sperant ampliores & feliciores ipsi quoque.

CLIX.

Dum autem canam Domini admonitionem de sacrificio Christi ex patrum sententia esse concedimus, sicq; à pontificiorum de iugi sacrificio partibus nos separamus, ibi simul ex opposito à Zvinglianorum quoque partibus discedimus, quibus sacra symbola sunt nuda signa procul absentis corporis Christi, non ut patres indigitarunt, exhibitiva.

*Canam Domini  
non habet nuda  
signa.*

CL.

Non probamus mutationem panis in corpus Christi essentialiter; non localem inclusionem corporis Christi in pane: non localem neque naturalem neque corporalem contactum corporis Christi & corporum nostrorum, non lacerationem carnis Christi capernaiticam, non magicam pontifi-



tificiorum consecrationem, ut nec idololatricam inclusio-  
nem, circumgestationem & adorationem in processionibus,  
multo minus sacrilegam unius speciei privationem.

CLL.

Vice versa non improbamus spiritualem manducationē  
Corporis Christi, quæ sit fide, & de qua manducatione pro-  
prie agitur Ioh. 6. cap: nec etiam inquirimus modum quo  
præsens ubique adesse possit corpus Christi.

CLII.

Tantum de eo cum Calvinianis disputamus, Num ve-  
rum & substantiale corpus Christi, verus & substantialis  
sanguis Christi cum pane & vino in actione in his terris verè  
& præterter exhibeantur, & ab omnibus communicantibus  
accipiantur, sicut verba institutionis clarè docent? Nos affir-  
mativam amplectimur, idque propter sequentes rationes.

CLIII.

Regula enim fidei de N. T. sacramentis immota hæc est,  
quid de uno quoque sacramento sentiendum sit, ex Verbis  
Christi, quibus institutum est, sumendum esse.

CLIV.

Verba n. institutionis clara non tantū duas res nomināt,  
sed etiā eandem unā adesse, distribui & accipi manifestè te-  
statur, præsertim cum illud corpus & illū sanguinē adesse di-  
stribui & accipi dicant, quod & qui pro nobis traditur, ut o-  
mne metonymicum corpus & omnis sanguis Metonymicus,  
qui pro nobis non effusus fuit, omnis etiam opinio de sola  
virtute carnis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi exclu-  
deretur apertius.

CLV.

Et quia Paulus expressissimè explicat verba Christi *Hoc est  
corpus meum* I. Cor. 10. 16. quod panis sit *noviciæ* corporis  
Christi, iccirco iterum omnia verba cænæ propriissimè ut so-  
nant accipienda esse sequitur.

CLIX. Nul-

*Statius contro-  
versæ in loco de  
cænæ Domini.*

*Vera sententia  
in loco de cænâ.*



CLIX.

3  
Nullos etiam articulos fidei verba cœnæ evertunt, viceversa nulli articuli fidei verbis cœnæ adversantur, Corpus enim Christi cum divinitate *λόγος* personaliter, *αδιαλύτως* & *ἀδιασάτως* unitum, in omnibus locis, ubi cœna administratur, juxta modum dextræ Dei, ad quam collocatum est, non carnaliter sed illocaliter adesse & exhiberi plus quam facillimè potest.

CLIX.

4  
Edunt igitur singuli communicantes tum panem tum corpus ore, idq; propter vim verborum Christi, quia infidelium incredulitas non mutat, sicut nec fides facit ut integra sit cœnæ substantia, non quod corpus Christi naturali modo, ut allicibi naturales, os intret.

4.  
Digni & indigni ore manducant corpus Christi.

LX.

Sacramentalis enim est unio panis & corporis, vini & sanguinis, quæ tantum durat in eius vero usu, & extra illum se non extendit, non sicut ab adversariis fingitur schetica signi ad rem signatam, sed soli Christo nota, cuius modus nobis est incomprehensibilis & ineffabilis.

Sacramentalis unio.

CLXI.

Cæterum de thesauris Ecclesiasticis & alijs ministrorum sustentationem concernentibus atque ex sacrificijs & oblationibus redundantibus inter atria infra plura, Deo æterno, patri æterni filij Domini nostri Iesu Christi, per æternum Spiritum S. suum, in nobis clamantem Abba pater, humilimè supplicamus, ut ad finem usque mundi veræ Ecclesiæ loca, publicis congressibus idonea, benignè concedat, conservet ministerium, & veræ divinæ *κρηνηλιον* nunquam inter posteros nostros penitus amitti patiatur.

F I N I S.



94 A 7382

ULB Halle

3

002 183 692




Sb.

VD 17

21,7.99 Bd.











14

ΣΤΝ Θ Ε Ω

Ex

DEUTERONOMIO  
Disputatio VI:  
De Locis publicis Ecclesiasti-  
corum conventuum in genere, & deta-  
bernaculo Mosaico, temploq; Hierosolymitano  
in specie, ex Deuteronomij  
capite XII.

*Ad cuius Themat.*

*In Illustri Academia Vitebergensi*

PRÆSIDE

WOLFGANGO FRANZIO

S.S. Theol. D. & Prof. publ. Præpo-  
sito itidem templi arcis

*Respondebit*

IOHANNES CROCHELIUS  
Lubecensis.

*Die 27. Februarij in templo arcis Electo-  
ralis horis pomerid.*

WITTEBERGÆ

Typis Cratonianis, per Ioh. Gorman.

M. DC. VIII.